



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

55 Idem, quod supra num: 51.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

- & lugubre admodum spectaculum esse cum cadaver intuemur exangue, immobile, foetidum, escam paulò post vermi-
 581, *Machab. c. 9. cir. med.* & unicus & viduae filius adolescens vita functus ad matris fletum fuit à Christo à mortuis excitatus, *Lucæ cap. 7.* ac una cum Marthia, & Magdarena fororibus & lacrymatus Jesus ad sepulcrum Lazari fuit visus lacrymari, *Ioan. cap. 11.* qui tamen non flevit Lazarum mortuum, sed ad vitæ hujus ploravit ærumnas resuscitandum, *cap. qui divina 13, quest. 2.* & Durand. *de mod. gen. conc. celebr. rubr. 6, nu. 2.* Cæterum, si in hujusmodi fletibus, ac lacrymis, modum excedemus, non mediocrem vituperationis notam nobis ipsis incurrimus.
- 55 Fili, & inquit Ecclesiastes, in mortuum, producit lacrymas, & quasi dira passus, 60 incipit plorare, & secundum judicium contege corpus illius, & non despicias sepulturam ejus, *Idem Eccles. cap. 38, num. 16.* & supra mortuum plora, deficit enim lux ejus, *idem ecclesiast. cap. 22.*
- 56 Idem & lugebat populus Israëliticus 61 Moysen diuturno 30, dierum planctu, *Deut. cap. ult. cir. fin.* obitum Saulis, ita Rex David est contristatus, ut æternam posteritati sanctæ in hostem chari 62 tatis memoriam reliquerit 2. *Reg. cap. 1.* idem super tumulum Abner lacrymarum vim maximam fudit, *ibid. c. 3. cir. fin.* in morte verò Absalonis, quos ejulatus emiseric, testatur scriptura, *ibidem cap. 18. & 19.*
- 57 Commendata fuit Resphæ & concubinae pietas, ob pium in cadaver Saulis officium præstitum, *ibidem cap. 21, cir. med.* longo fletu sepulturæ traditus fuit Iudas Machabæus ab universo populo, dum cadaver sepulcro conderetur, *cri-*
nes